



**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Tres aliæ causæ, ob quas valdè æstimanda est vocatio ad Religionem,  
nimiru[m], quood talis vocatio, Dei sit inspiratio: & quamuis non esset,  
Religio tamen amplectenda est, ad euitanda certa salutis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

fallatiã aut sui negligentia, seu ignorantia, amoveatur ab illis. Vt amotus fuit sua culpa ille nepos Patriarchæ, de quo supra actum est, & amoti sunt multi alij, quos breuitatis causa non commemoro. Hanc ipsam veritatem docuit Deus Pater S. Cathacinam Senensem loquens de Anima quæ sumpsit corde sincero iugum obedientiæ: Ergo perquirendo reperit cum lumine fidei, (credens quæ Christus Dominus dixit in loco supra citato) locum sanctæ Religionis, quæ procul dubio fundata fuit à Spiritu sancto, posita veluti secunda nauicula pro recipiendis animabus, quæ currere volunt ad huiusmodi perfectionem, & ut eas tutissime perducatur ad portum æternæ salutis. Huius nauicula Patronus verè Spiritus sanctus est, qui nunquam in se deficit ex defectu cuiuscumq; subditi Religiosi, qui transgressor esset ipsius Ordinis.

CAPVT SECVNDVM.

Tres alia Cause, ob quas valde estimanda est Vocatio ad Religionem, nimirum, quod talis vocatio Dei sit inspiratio; & quamuis non esset, Religio tamen amplectenda est ad evitanda certa salutis pericula, & quia status eius est melior & securior.

Quarta Causa.

8. INspiratio, quæ quis interiùs sentit se ad statum religiosum amplectendum vocari, certissime est à Deo. Nam cogitationum omnium nostrarum, vt ait B. Laurentius Iustinianus, & apud Cassianum Abbas Moyse, tria sunt principia, seu origines: Deus, diabolus, & natura nostra. Desiderium autem intrandi Religionem, non potest nasci à natura, quia hæc abhorret ab iis rebus quæ necessariò sunt toleranda, & faciendæ in statu Religioso; vti sunt mortificatio carnis, fuga peccatorum, abnegatio propriæ voluntatis, subiectio perpetua sub obedientia, claustrum, libertatis abdicatio, victus asperior, castitas perpetua, nihil proprium habere vnquam, & his similia. Dæmon quoque ad hæc non potest impellere, tum quia non impellit ad virtutum studium, quod ei summopere displicet, & à quo potius omnes retrahit, quod viget perpetuò in Religione; tum quia videt sibi eripi animas per statum Religiosum, quas in seculo peccatorum catenis ligatas possidebat. Ergo necessariò tale desiderium intrandi in Religionem, procedit à Deo quando aliquis sentit, se ideo ad Religionem moueri interiùs, vel vt fugiat peccata, & occasiones peccatorum, ac pericula salutis, quæ videt, & experitur in statu seculari, vel dum accenditur desiderio vitæ sanctæ in Religione institutendæ, vel vt satisfaciat ibi pro peccatis in seculo commissis, vel vt Christum

perfectius imiteretur, vel vt maiores sibi in celo coronas comparet per exercitia vitæ Religiosæ: hæc enim res cum supernaturales sint, à solo Deo per se, vel per Angelum bonum illuminante, oriuntur, nec possunt oriri à natura, vel dæmone.

Quocirca meritò docet S. Thomas tales inspirationes non nisi à Spiritu sancto esse posse. 1. p. q. iiii. Quare bene ait S. Bernardus: Quoties super castigando corpore, humiliando corde, seruanda vnitatis, & charitate fratribus exhibenda, seu ceteris virtutibus acquirendis, conseruandis, amplificandis: salubris cogitatio in mente versatur, diuinus sine dubio spiritus est, qui loquitur, aut per se ipsum sanè, aut per Angelum suum, quem certum est, nunquam loqui ex semetipso. Sed Deum esse, qui loquitur in ipso. Ideo Deo vocanti parendum est, & eius vocatio magnificianda.

Quinta Causa.

ETiam desiderium intrandi in Religionem, & cogitatio de hac re, non esset à Deo, tamen qui in se sentiret, repræsentari sibi maiorem securitatem salutis in Religione, quam in seculo; & certiozem, ac faciliorem damnationem in seculari statu, quam in Religione; & maiora bona spiritualia animæ, plures, & certiores coronas in celo se acquiriturum in Religione quam in seculo; & præstantiorem esse statum Religiosum, quam secularem: propter hanc solam cognitionem, qui prudens est, & amat se ipsum bono amore; deberet eligere (sine alia Dei vocatione, vel angelica) statum Religiosum. Nam si alicui iter facienti, diceret homo fide dignissimus, & amicissimus; nolite proficisci per hanc viam, quia ibi sunt latrones, qui mactant, vel milites qui spoliant, & vix aliquis euadit, sed proficiscere per aliam viam, in qua non sunt hæc pericula, expectaretne talis vocationem Dei vel reuelationem Angeli, ad eligendam hanc viam securiorem non expectaret. Cur ergo expectas ad eligendum statum Religiosum, & deserendum secularem, de quo Deus fide dignissimus, & maior amicus tuus, quam vllus mortalium, qui sanguinem suum pro te & vitam, antequam nascereris dedit, dixit per se, & per Apostolos, ac alios seruos suos, maiora mala, & pericula esse in seculo, quam sint vlla in vijs oblectis à latronibus, & à militibus. Audi & pondera Spiritus sancti verba: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum (nullus autem vult esse in seculo, nisi vt fiat diues.) Et iterum dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Diuitias autem accumulare, inquit S. Asterius, citra peccatum, impossibile: nisi alicui iobo, (quod valde rarum,) simul & discescere, & iustitiam colere contigerit. Ideo meritò monet S. Ioannes: Nolite diligere mundum, neq; ea que in mundo sunt: si quis diligit mundum, Match. 19. 23. 24. tr. de Diuitem & Lazaro. 1. Ioan. 2. 15. 16.

dum, non est charitas Patris in eo; quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est. & concupiscentia oculorum, & superbia vite. Quis autem tam veccors est, qui non intelligat, per hæc tria mala, incurri certa pericula æternæ damnationis; maiora quàm sint illa mala, quæ viator timens latrones, & milites, declinat ab illa via, in qua hæc inveniuntur pericula, & securiorem eligit, sine vlla Dei vocatione, sola cognitione naturali illustratus, stultum esse, exponere se periculis, cum possis illa evadere. Clarius hæc pericula ostendit alter noster amicus fide dignus S. Paulus, & quidem non ex suo sensu loquens, sed tanquam legatus Dei per Scripturam, ab ipso Deo immèdiatè seuclatam, & melius sciente pericula huius vitæ, quàm seire possint nostri amici pericula viarum & itinerum. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & in desideria varia multa, & insidias, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem; omnes autem qui refugiant statum religiosum, & qui diuinæ vocationi ad eum resistunt, ac manere volunt in statu seculari, volunt divites fieri, ergo tales, iudicio Dei, per S. Paulum Apostolum declarato, mergantur per desideria seculi, in interitum & perditionem. Opusne ergo est maiore Dei vocatione, ne mergantur, & in æternum pereant? en habes ante Dei vocationem, qui dicit in statu seculari te habiturum causas æternam damnationem adferentes. Vbi nimirum, ut ait S. Bernardus, alij veneratis persuasionibus, alij vndiq, exemplis peioribus ad peccatum alliciant, alij adulationibus in vanam gloriam, alij detractionibus in impatientiam animum eius deiciant. Et ut idem alibi monet: Periclitatur castitas in delicijs, humilitas in divitijs, pietas in negocijs, veritas in multiloquio, caritas in seculo nequam. Fugite de medio Babylonis, fugite, & salvate animas vestras. Quocirca bene S. Gregorius Papa scripsit: Rarum valde est, ut qui aurum possident, ad requiem tendant, cum per semetipsam Veritas dicat: Difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum celorum. Nam qui hinc multiplicandis divitijs inhiant, quæ alterius vitæ gaudia sperant, & quasi dicat, nulla. Hanc veritatem docuit Deus, Patet sanctam Catharinam Senensem: Omnes qui Christum imitando per eum tanquam per pontem, & per ianuam incedunt, perveniunt ad vitam æternam felicissimè. Qui verò declinat, & omnino renuit hanc viam saluberrimam ambulare, vadit infra per fluminis alveum, ubi non est via constructa lapidibus, sed aqua procellosa decurrens. Et quia nullum est ibi sustentaculum sine subsidium, nullus inde transire potest, quin ab aqua submergatur, & suffocetur. Tales proculdubio sunt huius mundi delicia, status, & oblectamenta sua vanitatis, eo quod affectus hominis super vino, & angulari lapide non est collocatus, imò verius in creaturis, & alijs vanitatibus est extra se positus, illas inordinatè amando, atq, possidendo: similitudinem habent cum aqua quotidie decurrenti; similiter & homo vna curru cum

illis, singulis diebus, infallibiliter vnam dietam agit, ad mortis terminum properando. Et alibi, Attende diligenter hominis ignorantiam, & affectatam eius cecitatem, qui viam habens expeditam atq, salubrem (scilicet Christam) vult ambulare per flumen (mundum scilicet) ad interitum. Quid autem prodest hoc, ait Saluator noster, si mundum univèrsum lucretur, anime verò sue detrimentum patiat, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Qua de re sic S. Augustinus in psal. 91. Quosdam inquit, oculos inimicos Dei Scriptura aperit: ut quia non illos potes nosse in corde tuo, noveris illos in Scriptura Dei, & caucas inveni cum illis. Apertè dicit Iacobus Apostolus in epistola sua: Nescitis quis amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. Audisti. Non vis esse inimicus Dei? Noli esse amicus huius mundi. Nam si amicus fueris huius mundi, inimicus eris Deo. Quomodo enim non potest fieri adultera coniux, nisi inimica sit viro suo, sic anima adultera amore rerum secularium, non potest nisi inimica esse Deo. Ideo S. Chryostomus vitam secularium & statum considerans, terribilem protulit sententiam: Quos, inquit, esse putatis in civitate nostra qui salvi fiant? infestum quidem est, quod diciturus sum, dicam tamen: Non possunt in tot millibus centum inveniri qui salventur: quin & de his dubito. Sed fortasse pauci erant iniquissimi Antiochiæ, ubi hæc dixit sanctus. Non erant pauci. Nam antea dixerat: Fuisse tunc, dum hæc diceret, millia infinita animarum, tanquam in rotis orbis capite. Si ergo ex infinitis millibus animarum, dubitat an centum sint salvandæ, facile quivis cordatus & prudens agnoscat, quàm perniciosus sit status secularis. Ideo non est cur expectet Dei vocationem ad Religionem, sed sufficere nosse hæc mala, & pericula huius status, tam apertè ostensa à Christo æterna veritate, uti supra vidimus in Evangelica doctrina sancti Matthæi. Quocirca quod Deus pater dixit sanctæ Catharinæ Senensis, hoc quivis secularis, qui se vocari sentit ad statum religiosum, sibi dictum putet: Indubitanter noveris, quod verissima Christi doctrina remansit in mundo, veluti navis cuiusdam, ut animas eruat à procelloso mari, & incolumes adducat ad felicissimum portum æternæ salutis, &c. Exhortor ergo vos electos, atque filios meos carissimos, ut vadatis ad pontem Christum, quoniam illa est via veritatis, atque salutis, & non infra, per fluvium mundi, quoniam illa est via perditionis, & mendacij, per quam ambulant iniqui peccatores. Sed fortè in seculari statu clericali facilius erit salutis spes. Imò difficilius, nam eadem clerici seculares habent pericula, quæ laici, & faciliores occasiones peccandi: quia iis fidentur in promissa conuersione eum feminis, & domi, & foris, & ut S. Gregorius ait: eo ipso quod ceteris prelati sunt, ad agenda qualibet maiorem licentiam habent: & non habent remedia concupiscentiæ, quæ habent matrimonio iuncti laici, & ceteris paribus, grauiores sunt eorum lapsus contra castitatem, quia sunt sacrilegia.

1. Tim. 6.  
9.  
11.  
3.3. de circuncil.  
de Conversione ad cleric. cap. 30.  
1.4. mor. cap. 3.  
Matth. 16. 26.  
dial. c. 27.

dial. c. 18.  
Matth. 6.  
lac. 4.  
12.  
h. 3. ad pop. col. 1.  
hom. 3. ad pop. col. 1.  
cap. 19.  
dial. c. 26.  
13.  
et. 17. in Baug.

legia. O quam, & quales Episcopi & Clerici, simul & laici post confessionem, victoriarumque calata certamina, inquit S. Cyprianus, post magnalia, & signa vel mirabilia vsquequaque monstrata, noscuntur cum his omnibus naufragasse, cum voluit in nau fragili nauigare. Loquitur ibi de cōuersione cum fragili fœmineo sexu. Et subdit: De carbonibus scintilla disiliunt, de ferro rubigo nutritur; & mulier fundit concupiscentia pestilentiam, quam Salomon sic comparat, dicens: De vestimentis procedit tineas, & à muliere iniquitas viri. Ideo

14. S. Gregorius Papa, expertus ante Pontificatum bona vitæ religiosæ quam amplexus fuerat, monuit Desiderium Episcopum, ne quemdam Clericum, religiosum statum amplecti volentem, ab ingressu in Religionem impediret: Hortatur, vt tam prompte deuotioni eius, quam in sancto studet habere proposito, minime vestra sit impedimento fraternitas: magis autem quibus valetis adhortationibus pastoralis admonitione succendite, vt feruor huius desiderij in eo non tepescat: vt qui à turbulento secularium turbarum tumultu se segregans, quietis desiderio, monasterij portum appetit, rursus in Ecclesiasticarum curarum non debeat perturbationibus implicari, sed in Dei laudibus permittatur ab his omnibus securè remanere, vt postulat. Et quamuis non essent hæc, sola obligatio iuuandi animas, quarum habent curam, & de quibus reddituri sunt Deo rationem, non tantum de sua, & obligatio dispensandi iuxta canones Ecclesiasticos redditus suos, in maxima eos adducit discrimina salutis.

15. Ideo S. Bernardus monet: Timeant Clerici, timeant ministri Ecclesie, qui in terris sanctorum quas possident, tam iniqua gerunt, vt stipendijs que sufficere debebant minime contenti sint, superflua quibus egeni contenti sint, impie sacrilegèque sibi retineant, atque in vsus sue superbia, atque luxurie victum pauperum consumere non vereantur: duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus ac turpitudinibus abutuntur. Idcirco S. Chrysostomus etiam de sacerdotibus secularibus curam animarum habentibus terribilia pronuntiat: Miror, inquit, si potest saluari aliquis Rectorum. Et alio in loco. Non arbitror inter sacerdotes (loquitur de sacerdotibus curam animarum habentibus, vt sunt Episcopi, Parochi, & eorum Vicarij) multos esse qui salui fiant; sed multo magis qui pereant, non tam proprijs peccatis, quam alienis que non curauerunt. Propterea mirum non est, Spiritum sanctum per suum Prophetam dixisse: Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum, absque villo termino. Cur absque villo termino: Duas ob causas, tum quia quotidie damnantur animæ, tum quia quodammodo infinitè damnantur. Hoc patet tum ex historijs Ecclesiasticis fide dignis, tum ex testimonio Christi Domini infra adferendo. Ex historijs quidem hoc habetur: S. Vincēt. Ferrerius Ordinis S. Dominici in concione publica hoc retulit exemplum, de paucitate prædestinatorum, Fuit qui-

dam, inquit, Archidiaconus Lugdunensis, qui per 40. annos fuit in eremo, postquam resignauit sua beneficia, & post mortem apparuit Episcopo Lugdunensi, qui quaesiuit ab eo, vt diceret sibi aliquid de alio mundo, & respondit: Quod in die qua ipse obiit, mortui fuerant in mundo triginta millia, de quibus solum quinque saluati fuerunt, scilicet ipse, & S. Bernardus, qui statim sine purgatorio ascenderant in cælum; & tres descenderant in purgatorium: alij omnes descenderunt ad infernum. Hoc exemplum narrat paulò aliter Iacobus de Paradiso Carthusiensis, & Martinus Polonus in suo Promptuario exemplorum c. 18. vbi ait: Id contigisse Decano, & Episcopo Lingonensi. Terribilius exemplum refertur in Chronico Ordinis S. Francisci. Dum Bertoldus Ordinis S. Francisci insignis Concionator in Germania concionaretur, contra quoddam peccatum pueris & adolescentibus quàm plurimis valde familiare, mulier quædam quæ eo vitio tenebatur, in media Concione, præ vi Contritionis mortua concidit. Verùm cum omnium Auditorum preces pro ea fusæ essent, eorum precibus reuixit, & iussa redire ad corpus, vt illud peccatum Confessione expiaret. Inter multa autem, quæ à se visa post mortem retulit, fuit hoc. Quod cum ipsa ad Dei tribunal esset adducta, adducta sint simul sexaginta millia animarum, quarum tres tantum ad penas purgatorij missæ fuere, reliquæ omnes ad ignem æternum inferni damnatæ, nulla ad cælum recta. Tamen anima cuiusdam Fratris ex Ordine S. Francisci, qui eodem ipso temporis articulo defunctus erat, & per purgatorij locum transiit, sed non commorata est ibi diutius, verùm etiam par animarum, quæ præcipua cum eo amicitia coniunctæ fuerant, secum in cælum abduxit.

Aliud exemplum narrat hoc terribilius Wernerus Roleuinc Carthusianus, & refertur in libro de ortu Carthusiensis, & in Fasciculo temporum ad annum 1343. Innocentium sextum Papam, cum adhuc Cardinalis esset, sanctum quemdam Eremitam visitare solitum: quadam vice venientibus se, & suis illuc, & fortiter pulsantibus, non audiebatur vox, neque sensus. Tandem irruentibus Clientibus in cellam vi, & ipsum stimulando, & quasi mortuum excitantibus, clamauit voce magnâ Eremita, dicens: O mi, O mi, vidi mirabilia, vidi horribilia: sciscitante autem Cardinale diligenter quæ viderat, respondit: Ductus ad infernum vidi incidere animas, sicut niues densissimas aerem obnubilantes: ad purgatorium verò sicut niuem rarissimam; sed ad paradysum tantum tres introire vidi animas: scilicet illius Episcopi, & illius Prioris Carthusiensis, ac illius viduæ Romanæ, singulas personas nominans. Cardinalis igitur vir prudens, veritatem scire volens visionis, missis hinc inde nuncijs, comperit animas illas eadem horâ corpore solutas. Hoc ipsum confirmatur testimonio Christi Domini, cui omne iudicium Pater dedit (vt dicitur

Mag. Specul. ex Ep. P. Maior. Plat. l. i. c. 5. fin.

Spec. Martioris V. Damna. tms. l.

1.2. Reu.  
cap. 16.

citur Ioan. 5. 22.) qui sanctæ Brigittæ hoc reuelauit: *Si sapientissimus in mundo posset considerare, quot animæ descendunt quotidie in infernum, plures essent, quam arena maris dinumerata, & lapilli riparum.* Procul dubio plures quam sexaginta millia, plures quam centum, & quam mille, millia, & quam miliones millionum: plures enim sunt arena maris, & lapilli riparum, si omnes singulatim enumerarentur. Si ergo scires certò, in via qua cœpisti ambulare, solere occidi quotidie tantum centum personas, non expectando vocationem Dei, aut reuelationem Angeli, discederes ex via illa statim, ita cùm scias in hoc statu seculari, quæ via quædam est, per quam homines tendunt in cœlum, non centum quotidie damnari ad pœnas inferni æternas, sed plures, quam arena maris, & lapilli riparum, noli expectare Dei vocationem ad hanc viam deferendam, sed satis tibi sit nosse has veritates, tot modis patefactas, & quidem, modis fide dignissimis.

### Sexta Causa.

18. **Q**uamuis non esset infernus, nec gloria cœlestis per impossibile, tamen cognoscendo, ut cognoscis (quia Catholicus es, & in Ecclesia Catholica hoc tenetur) statum religiosum esse meliorem, & securiorem, deberes illum, si posses (si quidem es liber à vinculo matrimonij, & sanus es, nec aliud impedimentum habes) eligere, & statum secularem deferere, non expectando etiam Dei vocationem. Nam si in tua potestate esset & libertate, inter vestes duas, bonas quidem, sed quarum altera sit pulchrior, & pretiosior, & durabilior; inter duas escas, quarum altera sit salubrior, & sapidior, sit rarior, & propria Principum, vnâ eligere, procul dubio, & escam, & vestem eligeres meliorem, non expectando vocationem Dei, nec consilium Angeli, sola notitia tibi sat esset, ad præstantiorem vestem, & escam eligendam, & vilioriorem relinquendam. Ah! nonne anima plus est quam esca, & corpus, plus quam vestimentum, inquit Saluator, qui dat escam omni carni, & vestit fenum agri pulchrius, quam se vestierit Salomon in omni gloria sua. Cur ergo expectas reuelationem, vel vocationem Dei, aut Angeli, ut eligas statum Religiosum, quem scis esse meliorem, & & præstantiorem quoad omnia, quam statum secularem? Mira stulticia. Villam emis, inquit S. Augustinus, bonam queris: uxorem ducis, bonam deligis, caligas locas, & non vis malas. Cur ergo deteriorum statum neglecto meliorem eligis? Bene ergo B. Egidius cuidam petenti consilium, num Monasterium ingredi deberet, sic respondit: si quis valde imops sciret alicubi in agro reconditum thesaurum, putaretne quesitum illum ab aliquo, an eum thesaurum effodere deberet? Quanto ergo magis properare debent homines ut recipiant vitam æternam thesaurum. Pruden-

Marth. 6.

25.

Psal. 135.

25.

Marth. 6.

29. 30.

S. 10. de.

verb.

Dom.

Surius in

Vita &

Wading.

10. 2. An.

nal. Mi.

nor. An.

12. 62. D. 3.

ter dixit hic Sanctus, sufficit enim cognitio maioris boni, ut illud eligatur, & quaeratur, sine alia suasionem, præsertim si contrarium illi bono sit plenum periculis, per quæ innumeri ad summam deueniant calamitates. Quocirca sapienter dicebat S. P. Ignatius noster Fundator: *Si à Deo expectanda sint signa, multò plura, & clariora expectanda essent, ad reuocandum statum secularem, quam ad amplectendum statum religiosum: Quoniam ad consilia Christus Dominus aperte hortatus est, & quidem talem iuuenem, qui seruauerat omnia mandata Dei à iuuenute sua (quales nunc vix inveniuntur, & non nisi valde pauci, & rari) dicens ei: Si vis perfectus esse, Vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni, sequere me. Contra verò in statu seculari difficile ostendit saluationem, & statim in eodem loco id asserens: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum calorum.* Si ergo vocatio Dei ad statum aliquem necessaria & expectanda est, ad manendum in statu seculari expectanda est: quam Christus Dominus nunquam dabit, quia vult omnes homines saluos fieri, ut ait S. Paulus: *Et non vult aliquos perire, ut ait S. Petrus, & clare dicit. Angusta porta & arcta via est, que ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.* Sane qui in seculo viuunt pauci non sunt, sed religiosi comparati cum secularibus, valde pauci.

19.

Plat. 1. 3. c.

Deo expectanda sunt signa, multò plura, & clariora expectanda essent, ad reuocandum statum secularem, quam ad amplectendum statum religiosum: Quoniam ad consilia Christus Dominus aperte hortatus est, & quidem talem iuuenem, qui seruauerat omnia mandata Dei à iuuenute sua (quales nunc vix inveniuntur, & non nisi valde pauci, & rari) dicens ei: Si vis perfectus esse, Vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni, sequere me. Contra verò in statu seculari difficile ostendit saluationem, & statim in eodem loco id asserens: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum calorum. Si ergo vocatio Dei ad statum aliquem necessaria & expectanda est, ad manendum in statu seculari expectanda est: quam Christus Dominus nunquam dabit, quia vult omnes homines saluos fieri, ut ait S. Paulus: Et non vult aliquos perire, ut ait S. Petrus, & clare dicit. Angusta porta & arcta via est, que ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Sane qui in seculo viuunt pauci non sunt, sed religiosi comparati cum secularibus, valde pauci.

36.

Matth. 19.

24.

1. Tim. 2.

2. Pet. 3.

9.

Matth. 7.

14.

### CAPVT TERTIVM.

*Due alia cause magnificiende vocationis ad Religionem, quia eligenda est etiam si demon ad id excitaret, & quia in ea omnia peccata instar baptismi remittuntur quoad pœnas.*

### Septima Causa.

**E**tiam ipse diabolus inspiraret alicui, desiderium amplectendi statum religiosum, sic à diabolo motus, posset illum amplecti. Hoc docet expressè S. Thomas in Opusculo 17. contra retrahentes homines ab ingressu Religionis: *Detur, inquit, quod Diabolus aliquem incitet ad Religionem intrandum, hoc opus bonum est, & bonis Angelis congruum, vnde non est periculum, si quis ei in hoc consentiat: sed vigilandum erit, ut ei resistatur, cùm ad superbiam vel alia vitia inceperit ducere. Frequenter enim contingit, quod Deus vitur malignità demonum in bonum Sanctorum, quibus preparat coronas inuictis, & sic eis à Sancto illudatur. Sciendum tamen, quod si cui à diabolo suggereretur, vel etiam ab homine Religionis introitus, per quem aliquis accedit ad Christum sequendum, talis suggestio efficaciam non habet, nisi interius attrahatur à Deo. Dicit enim Augustinus in libro de prædestinatione Sanctorum, quod omnes Sancti sunt docibiles Dei, non quia omnes ad*

20.

cap. 10.

Chri-